

ne nomine (hoc ideo ab aliis vicissim in nostri gratiam pariter expectantes atque exposcentes) emendavimus, nec non eorum expositiones multum suspectas licet (donec quid certius constiterit) dubii, nec non aliquando parum dubii, in Legentium exercitium annexuimus; ejusmodi conjecturarum cumulum, in aliud tempus, apud nos indies congerentes.

Arcanas atq; SS^{as} Literas, Talmud, & Alcoranus, tres Canones (ut ita dicam) Oecumenici, quibus hodie regitur, ac dirigitur universum pene genus humanum, allegavimus quam creberrime, & quantum potuimus accurate; Unde cuivis constare potest, quæ Christianorum, Judæorum, Mohammedanorum sententia atque fides, non è vagis nescio quibus lacunis, sed genuinis maximeq; authenticis ipsorum fontibus ab omnibus agnitis, depromta; Quæ nempe de Deo, Messia, D. Iesu, Spiritu S^o. Hominis lapsu, renovatione, resurrectione, &c. credunt. Atq; hinc etiam exoriuntur haud raro argumenta neutiquam contemnenda (adversariorum enim testimonium magni semper æstimant Rationis magistri) ad fidem nostram corroborandum. Vide *נִיחַוּ, יְהוּדָה, מְטִיב, שְׁלוּשׁ* &c.

Mortalibus quippe mos iste inolevit (heu nimis inveteratus) antagonists suis falsa audacter affringendi; hoc nos Judæis facimus, atque Mohammedanis; atq; idem nobis illi; Concessis ab utraque parte refragari nefas: Nec Doctrinalia tantum, sed Ritualia, Juridica, Medicinalia, atq; nonnunquam Proverbia notavimus, (loca saltem in quibus occurrunt) tam in illis tribus, quam in aliis libris impressis, atq; ipsa verba, in MSS^{is} præsertim Syriacis, Samarit. Æthiop. & Persicis, in quibus parum adhuc laborarunt prela. e. g. Samaritanorum dogmata de
¹ Dei vita absoluta. ² Perfectione, ³ Incomprehensibilitate, ⁴ Providentia, ⁵ Constantia, ⁶ Misericordia universali, ⁷ de S^a Scriptura, ⁸ Traditionibus, ⁹ Bonis operibus, ¹⁰ Sabbatho, ¹¹ Hebræis, ¹² Sacerdotum lapsorum restitutione, & ob quod in omni seculo male audierunt, sed injuria, ¹³ de Imaginibus, Vide, *אֲמַרְנָהּ* in *קוֹל* & *בְּשׂוֹר* in *וְיָבִיב* ² *שׁוֹר* ³ *אֲמַרְנָהּ* ⁴ *אֲמַרְנָהּ* ⁵ *אֲמַרְנָהּ* ⁶ *אֲמַרְנָהּ* & *אֲמַרְנָהּ* ⁷ *אֲמַרְנָהּ* in *בְּשׂוֹר* ⁸ *אֲמַרְנָהּ* ⁹ *אֲמַרְנָהּ* ¹⁰ *אֲמַרְנָהּ* & *אֲמַרְנָהּ* ¹¹ *אֲמַרְנָהּ* ¹² *אֲמַרְנָהּ* ¹³ *אֲמַרְנָהּ*
 Mitto plura alia, quæ sparsim reperientur.

Idem in cæteris Linguis præstitum, ut non Lexici tantum munus obit, sed Indicis materiarum, peculiariter Biblicarum, in quo loca Scripturæ tam difficilia, quam male atque absurde transfusa (quorum numerus est non exiguus in *Bibliis Polyglottis*, reliquisq; omnibus) vel enodantur, vel emendantur; imo tantum non Concordantiarum instar est, quantum ad voces minus usitatas.

Versionum etiam optimarum errores omnes enumerare, non patitur præfationis ratio; eorum specimina quædam, in certas classes digesta, additis tantum duobus, tribus, aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* nostra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienses* habita, ad primam muneris *Arabici* susceptionem; A. D. 1667. edita.

Quibus addi possunt vocabula *Hebræa* ἀπαξ λεγοµενα fere omnia; quæ ex priscorum scriptis, & proprio Linguarum genio, succenturiante utrisq; ipsa contextus serie, non parum consequuntur luminis certioris, quam antea ex modernis quibuslibet illis attributum fuit. Quibus otium est alias inter innumeras voces consulant hæc sequentes

Versionum etiam optimarum errores omnes enumerare, non patitur præfationis ratio; eorum specimina quædam, in certas classes digesta, additis tantum duobus, tribus, aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* nostra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienses* habita, ad primam muneris *Arabici* susceptionem; *A. D.* 1667. edita.

Quibus addi possunt vocabula *Hebræa* ἀπαξ λεγόμενα fere omnia; quæ ex præscorum scriptis, & proprio Linguarum genio, succenturiante utrisq; ipsa contextus serie, non parum consequuntur luminis certioris, quam antea ex modernis quibuslibet illis attributum fuit. Quibus otium est, alias inter innumeras voces, consulant has sequentes; דגן. אלנביש. סנמת. גלש. גדר. in גר. ברקת. ברומים. בכא. תאשור. אלמנים. & אהלים. אוחים. אגו. התאבך. אבח. אביב. כרסם. כרוב. כרכר. כסוהה. הכפיש. כפיש. ישח. יעה. יום. In Append. יה. חפרפיות. חשש. חרגל. חציר. חלילי. זרב. הדר. הוא. נדרש. נרגל. רבב. סלעם. סחרחר. סחרת. סוחף. נתע. נעצוץ. מנעל. נכאת. נגבה. נבובה. נוע. נול. משיח. נמרץ. מכרות. מוג. הלעיט. ליקדה. להלה. כחש. כרפס. קשות קרי. מקשה קנץ. קרבן קטורות. קסת. קרר. in קרקר צמה. צבוע. צרי. פתבנ פרס. פלה. נעתם. ערער. עצם. עפאים. עלס עור. סחר. נסחף. החו. שרף. משרה. שקע. שפי. אשפר. שמן. שדה. שבל. שבר. רשף. רקע. רקה. רצה. ריק. רוה. הרעל. רגב. רום. in ראמות. ראם. *Eth* שחף. חהש. Mitto dictiones omnes *Syriacas, Samaritanas, Ethiopicas, Arabicas, Persicas,* quæ mirifice illustrant textum sacrum, & generatim cunctæ sibi metipsis mutuo ingens impartuntur lumen.

Et quidem pace doctiorum, hoc mihi videtur extra dubium; Neminem esse qui harum Linguarum, vel unam assequi queat perfecte & accurate, qui non intelligat omnes. Ut alios taceam authores; in Talmude *Babylonico* (cui vulgo nomen à confusa Linguarum ibidem loci multitudine, quarum vix ulla est, in Oriente saltem, quæ suum huic Operi non contribuerit symbolum) ejusmodi voces haut raro occurrunt, quas frustra tentaverit quispiam explicare, qui in harum aliqua manet inexpertus. In quibus Voluminibus (nisi à bardis) minime spernendis, observatu hoc reor non indignum: Loca in Novo Testamento ex Veteri allata, nonnunquam cum textu *Hebraico*, sæpius autem conveniunt cum *LXX*. In hac discrepantia, veterum Rabbiorum nonnulli, nec non Talmudici (ab altiori Spiritu proculdubio ad id inducti) ita legunt, citantque illa, prout occurrunt in Novo Instrumento, & apud *LXX*. *vide* מטר in נטר, &c.

Socios quidem habui in hoc Opere, sed per exiguo tempore mecum in illo commorantes, nescio an dicam, immensitate laboris plane exterritos. Quos diutius retinui, hi fuerunt; *D. M. Murray Grypswaldensis*, vir non minus doctus, quam admodum ingenuus, cui per septennii fere spatium *Arabicis* meas concedideram collectiones; *D. Gul. Beveridgius*, vir in secretioribus hisce literis egregie versatus, per dimidium illius temporis, curabat *Syriacas*: prout in *Ethiopicis* per idem tempus operam impendebat suam *D. M. Wanslebius*, qui ad perpoliendum ejus in iisdem ingenium, in varias Orientis oras longa atque periculosa suscepit itinera. Per plures annos, jam ætate provectus, & una cum patrimonio satis competenti, exhaustis etiam animi viribus, oculis caligantibus, corporis variis in hoc Opere confractis, & dislocatis membris, relictus sum solus, sine amanuensi, aut vel Correctore ullo, venia ideo apud candidos lectores (uti spero) ob ἀνοργαῖα siquæ occurrerint, aliquanto dignior.

Quantum ad investigandum thema aliquod, sive vocabulum in hoc Opere, quædam sunt hic notanda. Pri-